

EXEMPLA
VIRTUTUM, AC VITIORUM,
TUM EX VETERI,
TUM EX NOVO TESTAMENTO
DECERPTA

Per R. D.D. GUILLEMUM PERALDUM
Episcopum Lugdunensem, ex ordine Fra-
trum Prædicatorum.

NOVA EDITIO

A quamplurimis, quibus prior scatebat,
mendis diligenter expurgata, maximè
in auctoritatum locis.

Opus omnibus Fidelibus, sed præsertim Cbris-
ti ministris utilissimum.



Matriti: MDCCCLXXXVII.

Ex Oficina D. JOSEPH DOBLADO.

Præstat apud Emmanuelem Perez Bibliopolam in
via vulgo dicta de la Montera.



AUCTHORIS

PRO E M I U M .

Tanta pollet excellentia officium prædicationis , quod Christus Dominus & Salvator noster , dum vitam hanc vivet , illud exercere numquām designatus fuerit , quod & discipulis suis ante ejus in cœlum Ascensionem ad universorum salutem exercendum faciendumque præcepit . *Euntes , inquit , in mundum universum , prædicate Evangelium omni creature .* (*Matt. 16.*) Evangelium quippè prædicandum instruit , non inutiles Philosophorum , ac Poëtarum vanitates , ac proprias fictions , ut nūnc à multis Evangelium erubescientibus fieri perspicuè cernitur . Contra quos Christus ait : *Qui me erubuerit , & meos sermones , hunc filius hominis erubescet , quem venerit , &c.* (*Luc. 9.*) At cur sic obsecro ? Nonnè Deus hujus mundi sapientiam stultam fecit ? Nonnè , sapientissimus Paulus , vas electionis , Prædicator veritatis , & doctor gentium Evangelium prædicabat ? (*Rom. 1.* *Naturæ prædicator.*) Ait enim se non erubescere Evangelium . Prædicator itaquè assumpto tantæ dignitatis munere , omni studio , & vigilantia , totoque mentis affectu Christum , ejusque discipulos imitari studeat , utilia magis quām subtilia diligentius exquirendo . Divinam igitur sanam-



EXEMPLA
VIRTUTUM
ET
VITIORUM.

CAPUT I.

*De miraculis divina potestate
factis.*

Creatio rerum fuit ita mirabilis, quod ejus notitia non nisi per revelationem venire potuit ad hominem. Nam secundum Gregorium (*super Eze. Hom. 1.*) de præteritis Moyses prophetavit, dicens: In principio creavit Deus coelum, & terram; non quia prædixit ventura, sed quia prodidit occulta. *Gen. 1.*

Tempore diluvij salvavit Dominus Noë cum uxore, & tribus filiis suis, & uxoribus eorum: tum